

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Homilia XXX. Habita ad populum in basilica sancti Petri Apostoli, die
sancto Pentecostes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

Lectio sancti Evangelij secundum Joannem.

Cap. 14:6

IN illo tempore: *Dixit Iesus discipulis suis: Si quis diligit me, sermonem meum servabit: & Pater meus diligit eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non servat. Et sermonem quem audi sis, non est meus: sed ejus qui misit me Pateris. Hac locutus sum vobis, apud vos manens. Paracitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggesteret vobis omnia quæcumque dixerim vobis. Pacem relinquimus vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audiatis quia ego dixi vobis: Vado & venio ad vos. Si diligere tis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem: quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: ut cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam. Sed ut quod cognoscat mundus quia diligo Patrem: & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.*

Homilia XXX.

Habita ad populum in basilica sancti Petri Apostoli, die sancto Pentecostes.

A. 2. 4

Libet, fratres charissimi, Evangelicae verba lectionis sub brevitate transcurtere, ut post diutius liceat in contemplatione tanta solemnitatis immorari. Hodie namque Spiritus sanctus repentina sonitu super discipulos venit, mentesque carnalium in sui amorem permutebat: & foris apparentibus linguis igneis, intus facta sunt corda flammantia: quia dum Deum in ignis visione suscipiunt, per amorem suaviter aspergunt. Ipse namque Spiritus sanctus amor est. Unde & Joannes dicit: *Deus caritas est*. Qui ergo mente integra Deum desiderat, profecto jam habet quem amat. Neque enim quisquam possit Deum diligere, si eum quem diligit, non haberet. Sed ecce, si unusquisque vestrum requiratur, an diligat Deum: tota fiducia & secura mente responderet. Diligo. In ipso autem lectionis exordio auditis quid Veritas dicat: [*Si quis diligit me, sermonem meum servabit.*] Probatio ergo dilectionis, exhibito est operis. Hinc in epistola sua idem Joannes dicit: *Qui dicit, Diligo Deum, & mandata ejus non custodit, mendax est.* Verè etenim Deum diligimus, * & mandata ejus custodimus, si nos à nostris voluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc per illicita desideria difflit, profecto Deum non amat; quia in ei sua voluntate contradicit. [*Et Pater meus diligit eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.*] Penlate, fratres charissimi, quanta sit ista * dignitas, habere in cordis hospitium adventum Dei. Certè si domum vestram quisquam dives ac præpotens amicus intraret, omni festinaria domum tota mundaretur, ne quid fortasse esset quod oculos amici intrantis offenderet. Tergat ergo fortes pravi operis, qui Deo præparat domum

Ibidem.

* al. si ad manda data ejus nos à nostris.

* al. solemnitas.

A mentis. Sed videte quid Veritas dicat: [*Venimus, & mansionem apud eum faciemus.*] In quorumdam etenim corda venit, & mansionem non facit: quia per compunctionem quidem Dei respectum percipiunt, sed tentationis tempore hoc ipsum quo compuncti fuerant, obliviscuntur; sive ad perpetrandam peccata redunt, ac si hac minime planxissent. Qui ergo Deum verè diligat, qui ejus mandata custodit, in ejus corde Dominus & venit & mansionem facit: quia sic eum divinitatis amor penetrat, ut ab hoc amore, temptationis tempore non recedat. Ille ergo verè amat, cuius videlicet mentem delectatio prava ex consenu non superat. Nam tanto quisque à superno amore disjungitur, quanto inferius delectatur. Unde & adhuc subdat: [*Qui non diligit me, sermones meos non servat.*] Ad volmetipos ergo, fratres charissimi, introrsus redite; si Deum verè amaris, exquirite: nec tamen sibi aliquis credat, quidquid sibi animus sine operis attestatione responderet. De dilectione conditoris, lingua, mens, & vita requiratur. Nunquam est Dei amor otiosus. Operatur etenim magna, si est: si verò operari renuit, amor non est. [*Et sermonem quem audi sis, non est meus, sed ejus qui misit me Pateris.*] Scitis, fratres charissimi, quia ipse qui loquitur unigenitus Filius, Verbum Patris est, & ideo sermo quem loquitur Filius, non est Filii, sed Patris: quia ipse Filius Verbum est Patris. [*Hac locutus sum vobis apud vos manens.*] Quando non maneret apud eos, qui ascensus cælum promittit, dicens: *Ego ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem facili:* Sed Verbum incarnatione & manet & recedit: recedit corpore manet divinitate. Apud eos ergo tunc se mansisse perhibet; quia qui invisibilis semper potestate præsens erat, corporali jam visione recedebat. [*Paracitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggesteret vobis omnia quæcumque dixerim vobis.*] Nofiti plurimi, fratres mei, quid Græca locutione paracitus, Latina advocatus dicitur, vel consolator. Qui idcirco advocatus dicitur, quia pro errore delinquentium apud justitiam Patris intervenit. Qui unius substantiæ cum Patre & Filiō, exorare pro delinquentibus perhibetur; quia eos quos repleverit, exorantes facit. Unde & Paulus dicit: *Ipse enim Spiritus postulat pro nobis, genitibus inenarrabilibus.* Minor verò est qui postulat, quam qui postulatur: quomodo ergo Spiritus postulare dicitur, qui minor non est? Sed ipse Spiritus postulat; quia ad postulandum eos quos repleverit, inflamat. Consolator autem idem Spiritus vocatur: quia de peccati perpetratione marentibus, dum spem venia præparat, ab afflictione tristitia mente lavat. De quo rectè promittitur: [*Ipse vos docebit omnia.*] quia nisi idem Spiritus cordi adsit audientis, otiosus est sermo doctoris. Nemo ergo docenti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit: quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Ecce unam loquentis vocem omnes pariter auditis, nec tamen pariter sensum auditæ vocis percipitis. Cùm ergo vox dispar non sit, cur in cordibus vestris dispar est vocis intelligentia: nisi quia per hoc quod vox loquentis communiter admonet, est magister interior qui de vocis intelligentia quodam specialiter docet? De hac unctione Spiritus rursus per Joannem dicitur: *Sicut unitio ejus docet vos de omnibus.* Per vocem ergo non instruitur, quando mens per Spiritum non ungitur. Sed cur ista de doctrina hominum loquimur, quando & ipse conditor non ad eruditionem hominis loquitur, si eidem homini per unctionem Spiritus non loquatur? Certè Cain præquam fratricidium opere perpetraret, audivit: *Pecasti, quiesce.* Sed quia culpis suis exigentibus, voce est admonitus, non unctione Spiritus, audire verba

Dei

Dei potuit, sed servare contempnit. Requirendum
verò nobis est, cur de codem Spiritu dicatur: [*Suggereret vobis omnia*,] cùm suggerere, soleat esse minoris? Sed quia suggerere aliquando dicimus subministrare, invisibilis Spiritus suggerere dicitur, non quòd nobis scientiam ab imo inferat, sed ab occulto. [*Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.*] Hic relinquimus, illic do. Sequentibus relinquimus, pervenientibus do. Ecclesiastes charissimi, verba sacre lectionis sub brevitate discussimus: nunc in contemplationem tantæ festivitatis animum transferamus. Sed quia cum lectione Evangelica vobis est etiam Actuum Apostolorum lectio recitata, ex ea ergo aliquid in ultiū nostræ contemplationis trahamus. Auditis enim quia Spiritus sanctus super discipulos in ignis linguis apparuit, omniumq; linguarum scientiam dedit. Quid scilicet hoc miraculo designans, nisi quòd sancta Ecclesia eodem Spiritu repleta, omnium gentium erat vox locutura? Qui verò contra Deum turrim adficare conati sunt, communionem unius linguae perdiderunt: in his autem qui Deum humiliter metuebant, lingua omnes unitæ sunt. Hic ergo humilitas virtutem meruit, illuc superbia confusione. Sed querendum nobis est, cur sanctus Spiritus Patri & Filio coeterum, in igne apparuit, cur in igne simul & linguis, cur aliquando in columba, aliquando verò in igne monstratur, cur super unigenitum Filium apparuit in columba specie, & super discipulos in igne; ita ut neque super Dominum veniret in igne, neque super discipulos monstraretur in columba. Per quatuor itaque hæc quæ propositiones, solvendo redēcamus. Patri namque & Filio coeterum Spiritus in igne monstratur: quia incorporeus; ineffabilis, atque invisibilis ignis est Deus, attestante Paulo: *Deus noster ignis consumens est.* Deus quippe ignis dicitur; quia per hunc peccatorum rubigo consumitur. De hoc igne Veritas dicit: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut ardeat?* Terra enim vocata sunt corda terrena, quæ dum semper infimas in se cogitationes congerunt, à malignis spiritibus conculturant. Sed ignem Dominus in terram mittit, quem afflatus sancti Spiritus corda carnalium incendit. Et terra ardet, quia cor carnale in suis pravis voluptatibus frigidum relinquit concupiscentias præfentis saeculi, & incendit ad amorem Dei. Bene ergo in igne apparuit Spiritus: quia ab omni corde quod replet, torpore frigoris excutit, & hoc in desiderium sua æternitatis accendit. In ignis autem linguis monstratus est; quia idem Spiritus coeterum est Filius; & habet cognitionem maximam lingua cum verbo. Verbum quippe Patris est Filius. Et quia una est Spiritus & Verbi substantia, idem Spiritus monstrari debuit in lingua. Vel certè quia per linguam procedit verbum, in linguis apparuit Spiritus, quia quisquis sancto Spiritu tangitur, Dei Verbum, id est, unigenitum Dei Filium confitetur; & negare Dei Verbum non valet, quia jam sancti Spiritus linguam habet. Vel certè in linguis ignis apparuit Spiritus, quia omnes quos replevit, ardentes pariter & loquentes facit. Linguis igneas doctores habent: quia dum Deum amandum prædicant, corda audientium inflammant. Nam & otiosus est sermo docēns, si præbēre non valet incendiū amoris. Hoc doctrinæ incendium ab ipso Veritatis ore conceperant, qui dicebant: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?* Ex auditio quippe sermone in ardescit animus, torporis frigus recedit: fit mens in superno desiderio anxia, à concupiscentiis terrenis aliena. Amor verus qui hanc replevit, fletibus cruciat; sed dum tali ardore cruciat, ipsis suis cruciatiibus paficitur. Audire ei liber præcepta cœlestia; & quod mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur: & quæ torpebat prius per desideria, ardet postmodum per verba. Unde bene per S. Greg. Tom. I.

Act. 2. 4

Gen. 11. 4

Hebr. 12. g

Luc. 2. e

A Moysen dicitur: *In dextera ejus ignea lex. Sinistra Deut. 33.* quippe reprobi, qui & ad sinistram ponendi sunt: dextera autem Dei appellantur electi. In dextera ergo Dei lex ignea est; quia electi mandata cœlestia nequaquam frigido corde audiunt, sed ad hæc amoris intimi facibus inardescunt. Sermo ad aurem dicitur, & mens eorum fibimet irata, ex internæ dulcedinis flamma concrematur. In columba verò Spiritus sanctus & in igne monstratus est: quia omnes quos replevit, simplices & ardentes facit: simplices puritate, ardentes æmulatione. Neque enim placere Deo potest aut simplicitas sine zelo, aut zelus sine simplicitate. Hinc ipsa Veritas dicit: *Estate Matt. 10. b* prudenter sicut serpentes, & simplices sicut columba. Quia in re notandum est, quod discipulos suos nec de columba sine serpente, nec de serpente sine columba voluit Dominus admonere: quatenus & columba simplicitatem astuta serpentis accenderet, & serpentis astutiam columbae simplicitas temperaret. Hinc Paulus ait: *Nolite pueri effici sensibus.* 1. Cor. 14. 6 Ecce prudentiam serpentis audivimus, nunc de simplicitate columbae moneamur: *Sed matuta pars ibid. vult effore.* Hinc de beato Job dicitur: *Erat vir Job 1. a simplex & rectus. Quæ est autem rectitudine sine simplicitate, aut qua simplicitas sine rectitudine?* Quia ergo & rectitudinem docet iste Spiritus & simplicitatem, & in igne monstrari debuit & in columba: quatenus omne quod ejus gratia tangitur, & mansuetudinis lenitatem tranquillum, & zelo justitiae accensum fiat. Ad extremum verò querendum est, cur in ipso Redemptore nostro mediatore Dei & hominum per columbam apparuit, in discipulis verò per ignem? Certè unigenitus Dei Filius, judex est generis humani. Sed quis ejus iustitiam ferret, si priusquam nos per mansuetudinem colligeret, culpas nostras per zelum rectitudinis examinare voluisse? Homo ergo pro hominibus factus, mitem se hominibus præbuit. Noluit peccatores ferire, sed colligere. Prius voluit mansuetè corrīdere, ut haberet quos postmodum in iudicio salvaret. In columba ergo super eum apparere debuit Spiritus, qui non veniebat ut peccata jama per zelum percuteret, sed adhuc per mansuetudinem toleraret. At contraria super discipulos in igne debuit Spiritus sanctus demonstrari; ut hi qui erant simpliciter homines, atque ideo peccatores, eos contra semetipsos spiritualis fervor accenderet; & peccata, quibus Deus per mansuetudinem parceret, ipsi in se per pœnitentiam puniri. Nec ipsi quippe esse poterant sine peccato, qui adhæabant cœlesti magisterio, Joanne attestante, qui ait: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, 1. Joan. 1. c* nosmetipsos seduicimus, & veritas in nobis non est. In igne ergo venit in hominibus, in columba verò apparuit in Domino: quia peccata nostra, quæ piè Dominus per mansuetudinem tolerat, nos per zelum rectitudinis debemus caute conficeret, & ardore semper pœnitentia cremare. Igitur per columbam Spiritus in Redemptore monstratus est, per ignem verò in hominibus: quia quantò nobis nostri judicis facta est severitas temperata, tantò ergo se debet fieri nostra infirmitas accentuata. Quatuor itaque propositionum expleta ratione, ad dona ejusdem Spiritus contemplanda transeamus. De isto quippe Spiritu scriptum est: *Spiritus ejus Job 26. d ornavit celos.* Ornamenta enim celorum, sunt virtutes prædicantium. Quia videlicet ornamenta Paulus enumerat, dicens: *Alij datur per Spiritum sermo sapientia, alijs sermo scientia secundum eundem Spiritum, alteri fides in eodem Spiritu, alijs gratia sanitatum in uno Spiritu, alijs operatio virtutum, alijs prophetia, alijs discretio spirituum, alijs genera linguarum, alijs interpretatio sermonum.* Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. Quot Zzz

ergo sunt bona prædicantium, tot sunt ornamenta cælorum. Hinc rursus scriptum est: *Verbo Domini celi firmati sunt.* Verbum enim Domini, Filius est Patris. Sed eosdem cælos, videlicet sanctos Apostolos, ut tota simul sancta Trinitas ostendatur opera, repente de sancti Spiritus divinitate adjungitur:

Et spiritus oris eius omnis virtus eorum. Cælorum ergo virtus de spiritu sumpta est; quia mundi hujus potestibus contraire non præsumerent, nisi eos sancti Spiritus fortitudo solidasset. Quales namque Doctores sanctæ Ecclesiæ ante adventum hujus Spiritus fuerint scimus, & post adventum illius, cuius fortitudinis facti sint, conspicimus. Certè iste ipse Pastor Ecclesiæ, ad cuius sacratissimum corpus fedemus, quantæ debilitatis, quantæque formidinis ante adventum Spiritus fuerit, ancilla ostiaria requisita dicit. Una enim mulieris voce perculsus, dum mori timuit, vitam negavit. Et pensandum, quia cum comprehensum Petrus negavit in terra, quem suspensus latro confessus est in cruce. Sed vir iste tantæ formidinis, quasi post adventum Spiritus existat, audiamus. Fit conventus magistratus atque seniūrum, & cæsis denunciatur Apostolus ne in nomine Iesu loqui debeant: Petrus magna auctoritate responderet:

Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Et rursus: *Si justus est in conspectu Dei vos potius audi quām Deum iudicare.* Non enim possumus que vidimus & audivimus, non loquimur. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ecce gaudet Petrus in verberibus, qui ante in verbis timebat. Et qui prius ancillæ voce requisitus timuit, post adventum sancti Spiritus vires principum cæsii premittit. Libet oculos fidei in virtutem opificis hujus attollere, arque sparsim Patres Testamenti novi ac veteris considerare. Ecce apertis eisdem oculis fidei, David, Amos, Danielem, Petrum, Paulum, Matthæum intueror, & sanctus iste Spiritus qualis sit artifex, considerare volo, sed in ipsa mea consideratione deficio. Implet namque citharæ cœdum puerum, & psalmistam facit. Implet pastorem armamentarium sycomorus vellicantem, & prophetam facit. Implet abstinentem puerum, & judicem senum facit. Implet pescatorem, & prædicatorem facit. Implet persecutorem, & doctorem gentium facit. Implet publicanum, & Evangelistam facit. O quis est artifex iste Spiritus! Nullâ ad discendum morâ agitur in omne quod voluerit. Mox ut terigerit mentem docet: solumque terigisse, docuisse est. Nam humandum animum subito ut illustrat, immutat: abnegat * hoc repente quod erat, exhibet repente quod non erat. Penitus, sanctos prædicatores nostros quales hodierna die reperit, quales fecit. Certè qui in uno conclavi pro Judæorum metu residencebant, nativitas sua singuli linguam noverant, & tamen nec cæ ipso lingua quam noverant, aperte Christum loqui præsumebant. Venit Spiritus, & in ore eos per diversitatem linguarum docuit, in mente autem ex auctoritate roboravit. Coeperunt & in aliena Christum eloqui, qui de illo prius & in sua lingua loqui metuebant. Inflammatum etenim cor delpxit tormenta corporis, quæ ante metuebat: vicit vim carnalis formidinis præ amore conditoris. Et qui prius suis adversariis succumbebant formidine, eis jam prærant auctoritate. Qui ergo in tanto eos celsitudinis culmen erexit, quid aliud dixerim, nisi quod mentes terrenorum hominum cælos fecit? Pensate, fratres charissimi, post incarnationem unigeniti Filii Dei qualis fit hodierna solemnitas de adventu Spiritus sancti. Sicut enim illa, ita quoque & haec est honorabilis. In illa quippe Deus in se permanens suscepit hominem: in ista vero homines venientem desuper suscepserunt Deum. In illa Deus naturaliter factus est homo: in ista homines facti sunt per adoptionem dī. Si ergo remane-

Matt. 26. 8

Luc. 23. 8

Act. 5. c

B.B. 4. d

Act. 5. d

1. Reg. 16.

Amos 7. a

Dan. 13. b

Matt. 4. a

Act. 9. c

Luc. 5. b

* al. hunc

Act. 2.

*E*n illo tempore: Dicebat Iesus turbis si militudinem hanc: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit querens fructum in illa, & non invenit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo venio querens fructum in vinea hac, & non invenio. Succide ergo illam: ut quid etiam terram occupat? At ille respondens, dicit illi: Domine, dimitte il-

re carnales in morte nolumus, hunc, fratres charissimi, vivificantem Spiritum amemus. Sed quia caro spiritum nescit, dicat fortasse carnali cogitatione apud se aliquis: Quomodo diligere valeo, quem ignoro? Hoc & nos concedimus: quia mens visibilis intenta, videre nescit invisibilem. Nulla enim nisi visibilis cogitat, eaque & cum non agit, eorum imagines introrsus trahit: dumque in imaginibus corporeis jacet, surgere ad incorpoream non valet. Unde fit, ut tantò deterius creatorem nesciat, quantum in cogitatione sua familiarius corporaliam creaturam portat. Sed cum Deum videre non possumus, habemus aliquid quod agamus, unde iter fiat, quo ad eum nostra intelligentia oculis veniam. Certè quem in se videre nullo modo valemus, hunc in servis suis videre jam possumus. Quos dum mira conspicimus agere, certum nobis fit in eorum membris Deum habitare. In re autem incorpoream à rebus corporalibus usum trahamus. Nemo etenim nostrum orientem clare solem, in sphæram illius intendendo, valet conspicere; quia tensi in ejus radiis oculi reverberantur: sed sole illustratos montes aperimus, & quia jam sol ortus est videmus. Quia ergo solem justitiae in seipso videre non possumus, illustratos montes claritate illius videamus, sanctos videlicet Apostolos, qui virtutibus emicant, miraculis corscant: quos nati solis claritas perfudit, & cum in seipso sit invisibilis, per eos nobis quasi per illustratos montes se visibilem præbuit. Virtus enim divinitatis in se, quasi sol in cælo est: virtus divinitatis hominibus, sol in terra. Solem ergo justitiae in

C
tuteamur in terra, quem videre non possumus in cælo: ut dum inoffenso pede operis per hunc in terra gradimur, ad intuendum illum quandoque oculos in cælum levemus. Sed inoffenso pede iter nostrum in terra agitur, si Deus ac proximus integra mente diligatur. Nec enim Deus verè sine proximo, nec proximus verè diligatur sine Deo. Hinc est, quod, sicut in alio sermone jam diximus, idem Spiritus secundò legitur discipulis datus, prius à Domino in terra de gente, postmodum à Domino cælo præsidente. In terra quippe datur ut diligatur proximus, è cælo vero ut diligatur Deus. Sed cur prius in terra, postmodum è cælo, nisi quod patienter datur intelligi, quia juxta Joannis vocem, qui fratrem suum non diligit quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Diligamus ergo proximum, fratres, amemus cum qui juxta nos est, ut pervenire valeamus ad amorem illius, qui super nos est. Medietur mens in proximo, quod exhibeat Deo; ut perfectè mereatur in Deo gaudere cum proximo. Tunc ad illam supernæ frequentia laetitiam perveniemus, de qua nunc sancti Spiritus pignus accepimus. Ad istum finem toto amore tendamus, in quo sine fine letabimur. Ibi supernorum civium societas sancta: ibi solemnitas certa: ibi requies secura: ibi pax vera, quæ nobis jam non relinquitur, sed datur per Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

*E*lectio sancti Evangelij secundum Lucam.

*I*n illo tempore: Dicebat Iesus turbis si militudinem hanc: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit querens fructum in illa, & non invenit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo venio querens fructum in vinea hac, & non invenio. Succide ergo illam: ut quid etiam terram occupat? At ille respondens, dicit illi: Domine, dimitte il-